

ROSARIO CON BENEDETTO XVI

MYSTERIA GAUDII

1. Angelus Domini nuntiavit Mariae

Missus est angelus Gabriel a Deo ad Virginem Mariam. Et ingressus ad eam dixit: «Ave, gratia plena, Dominus tecum ... Concipies ... et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum». (Lc 1,26-28.31)

L'angelo Gabriele fu mandato da Dio alla Vergine Maria. Entrando da lei disse: «Ti saluto, o piena di grazia, il Signore è con te ... Concepirai un figlio, lo darai alla luce e lo chiamerai Gesù».



2. Maria Elisabeth visitat

Maria abiit in montana cum festinatione ... et salutavit Elisabeth. Quae repleta Spiritu Sancto exclamavit: «Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui». (Lc 1,39-42)

Maria andò in fretta verso la regione montuosa ... salutò Elisabetta. Ella piena di Spirito Santo esclamò: «Benedetta tu fra le donne e benedetto il frutto del tuo seno».



3. Iesus in Bethlehem nascitur

Peperit Maria filium suum primogenitum, et pannis eum involvit et reclinavit eum in praesepio. (Lc 2,7)

Maria diede alla luce il suo figlio primogenito, lo avvolse in fasce e lo depose in una mangiatoia.

4. Puer Iesus in templo praesentatur

Tulerunt Iesum in Hierosolimam ut sisterent Domino. (Lc 2,22)

Portarono Gesù a Gerusalemme per presentarlo al Signore.



5. Puer Iesus in templo invenitur

Dixit Mater Iesu ad illum: «Fili, quid fecisti nobis sic?» ... Et ait ad illos: «Nesciebatis quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse?». (Lc 2,48-49)

La Madre di Gesù gli disse: «Figlio, perché ci hai fatto così?» ... Rispose loro: «Non sapevate che io devo occuparmi delle cose del Padre mio?».

Mater mea, fiducia mea.

MYSTERIA LUCIS

1. Iesus in Iordane baptizatur

Venit Iesus a Nazareth Galilaeae et baptizatus est in Iordane ab Ioanne ... et vox facta est de caelis: «Tu es Filius meus dilectus; in te complacui». (Mc 1,9.11)

Gesù venne da Nazaret di Galilea e fu battezzato nel Giordano da Giovanni ... e venne una voce dal cielo: «Tu sei il Figlio mio, l'amato: in te ho posto il mio compiacimento».



2. Iesus apud Canense matrimonium se autorevelat

Deficiente vino ... dicit Mater Iesu ministris: «Quodcumque dixerit vobis, facite». Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae et manifestavit gloriam suam. (Io 2,5.11)

Venuto a mancare il vino, la Madre di Gesù disse ai servitori: «Qualsiasi cosa vi dica, fatela». Questo, a Cana di Galilea, fu l'inizio dei segni compiuti da Gesù, egli manifestò la sua gloria.



3. Iesus regnum Dei proclamat et ad conversionem invitat

Venit Iesus in Galilaeam praedicans evangelium Dei et dicens: «Impletum est tempus, et appropinquavit regnum Dei; paenitemini et credite evangelio». (Mc 1,14-15)

Gesù andò nella Galilea, proclamando il Vangelo di Dio, e diceva: «Il tempo è compiuto e il regno di Dio è vicino; convertitevi e credete nel Vangelo».

4. Iesus in monte transfiguratur

Assumit Iesus Petrum et Iacobum et Ioannem fratrem eius et ducit illos in montem excelsum seorsum. Et transfiguratus est ante eos. (Mt 17,1-2)

Gesù prese con sé Pietro, Giacomo e Giovanni suo fratello e li condusse in disparte, su un alto monte. E fu trasfigurato davanti a loro.



5. Iesus Eucharistiam instituit

Et accepto pane, gratias egit et fregit et dedit eis dicens: «Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem». Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: «Hic calix novum testamentum est in sanguine meo, qui pro vobis funditur». (Lc 22,19-20)

Prese il pane, rese grazie, lo spezzò e lo diede loro dicendo: «Questo è il mio corpo, che è dato per voi; fate questo in memoria di me». Dopo aver cenato, fece lo stesso con il calice dicendo: «Questo calice è la nuova alleanza nel mio sangue, che è versato per voi».

Mater mea, fiducia mea.

MYSTERIA DOLORIS

1. Iesus in horto Gethsemani orat

Venit Iesus in praedium, cui nomen Gethsemani, ... et dicebat: «Abba, Pater! Transfer calicem hunc a me; sed non quod ego volo, sed quod tu». (Mc 14,32.36)

Gesù andò in un podere chiamato Getsemani ... diceva: «Abbà, Padre! Allontana da me questo calice! Però non ciò che voglio io, ma ciò che vuoi tu».



2. Iesus flagellis caeditur

Pilatus tradidit Iesum flagellis caesum, ut crucifigeretur. (Mc 15,15)

Pilato, dopo aver fatto flagellare Gesù, lo consegnò perché fosse crocifisso.



3. Iesus spinis coronatur

Milites autem ... induunt Iesum purpuram et imponunt ei plectentes spineam coronam, et coeperunt salutare eum: «Ave, rex Iudaeorum!». (Mc 15,16-18)

I soldati vestirono Gesù di porpora, intrecciarono una corona di spine e gliela misero sul capo. Poi cominciarono a salutarlo: «Salve, re dei Giudei!».

4. Iesus cruce oneratus Calvariae locum adit

Educunt Iesum, ut crucifigerent eum et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum Calvariae locus. (Mc 15,20.22)

Condussero fuori Gesù per crocifiggerlo, lo condussero al luogo del Golgota, che significa luogo del Cranio.



5. Iesus in cruce moritur; stabat iuxta crucem Iesu Mater eius

Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum ... Et, facta hora sexta, tenebrae factae sunt per totam terram usque in horam nonam. Et hora nona ... Iesus, emissa voce magna, exspiravit. (Mc 15,25.33-34.37)

Erano le nove del mattino quando lo crocifissero ... Quando fu mezzogiorno, si fece buio su tutta la terra fino alle tre del pomeriggio. Alle tre Gesù, dando un forte grido, spirò.

Mater mea, fiducia mea.

MYSTERIA GLORIAE

1. Iesus a mortuis resurgit

Dixit angelus mulieribus: «Nolite timere vos! Scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quaeritis. Non est hic: surrexit enim, sicut dixit». (Mt 28,5-6)

L'angelo disse alle donne: «Voi non abbiate paura! So che cercate Gesù, il crocifisso. Non è qui. È risorto, come aveva detto».



2. Iesus caelos ad Patris gloriam ascendit

Dominus Iesus, postquam locutus est discipulis, assumptus est in caelum et sedit a dextris Dei. (Mc 16,19)

Il Signore Gesù, dopo aver parlato ai discepoli, fu assunto in cielo e sedette alla destra di Dio.



3. Spiritus Sanctus super Apostolos descendit

Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione ... cum Maria Matre Iesu ... Et cum compleretur dies Pentecostes ... repleti sunt omnes Spiritu Sancto. (Act 1,14; 2,1.4)

Tutti questi erano perseveranti e concordi nella preghiera insieme a Maria, la Madre di Gesù ... Mentre stava compendosi il giorno della Pentecoste ... tutti furono riempiti di Spirito Santo.

4. Assumpta est Maria in caelum

**Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna, qui potens est.
(Lc 1,48-49)**

Tutte le generazioni mi chiameranno beata. Grandi cose ha fatto per me l'Onnipotente.



5. Maria Virgo in caelis Regina coronatur

Signum magnum apparuit in caelo: mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum duodecim. (Apc 12,1)

Un segno grandioso apparve nel cielo: una donna vestita di sole, con la luna sotto i suoi piedi e sul capo una corona di dodici stelle.

Mater mea, fiducia mea.